

436

Lib. III, Cap. VII.

N. animal est lignum.

O. animal est sentiens. E.

Q. sentiens non est lignum.

reducitur hōc modō :

O. sentiens est lignum.

O. animal est sentiens. E.

O. animal est lignum.

Hic non inferitur immediatē contradictoria alterius præmissæ, nempe majoris, conclusio enim non contradictoriè, sed contrariè opponitur majori præcedentis syllogismi: mediante tamen hâc conclusione, *O. animal est lignum*, inferitur etiam subalternata, *Q. animal est lignum*, quæ majori præcedentis syllogismi contradictoriè opponitur.

CAP. VII.

DE

EXPOSITIONE.

I.

TRadidit etiam Aristoteles *l. 1. pr. c. 6.* aliud medium, quo syllogismi tertiæ figuræ demonstrari, ipsisque major evidentiâ addi potest, quod vocatur *ἐκθεσις*, *expositio*, de quâ paucis etiam agendum est.

2. Est